



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. cxxxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

fidelis est, videat ne falsa loquatur, aut cuiquã infidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, & infidelis callidè infidiatur, atque fideles & piè ac iustè viuètes perdere nititur, quia similis similem sibi quærit. Infidelis verò homo, mortuus est in corpore viuète. Econtra sermones fidelis hominis, vitam custodiunt auditorum. Doctorè enim catholicum, & præcipuè domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari, dicente scriptura sancta: Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntatè tua auerteris.

Episcopos à suis ouibus non reprehendendos, nisi in fide errauerint. Cap. CX, XXVI.

DOCTOR autem vel pastor Ecclesiæ, si à fidelibus exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus. Sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quàm distrigendus, quia rectores Ecclesiæ à domino sunt iudicandi, sicut ait Propheta: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Vnde oportet vnumquèque fidelè, si viderit aut cognouerit plebes suas aduersus pastorè suum tumescere, aut clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudentèrque corrigere fatagat: nec eis in quibuscunque negociis misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori, præsumat: quoniã tam sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes summam debent habere curam de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigatur à peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur.

De eadem re. Cap. CXXXVII.

Ipsi autem episcopi si exorbitauerint, ab istis, non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed portandi, nisi in fide errauerint. Hi ergo super hos sunt, non illi super istos: quoniam maior à minore non argui, nec iudicari potest. Nullus se extollat erga doctores ac magistros suos: quia discipulus super magistrum nec esse debet, nec potest. Nullus velit dici sanctus antequam sit, sed prius sit, vt verius dicatur. Præcepta domini, doctorumque ac magistrorum factis quotidie adimplere, & in Christi nomine pro inimicis orare oportet,

Ex epist. Anacleti papæ, scripta oribus Christi sacerdotibus, cap. 1.

Ex decr. Clemētis pap. cap. 17.